

Quarto principaliter viginti tribus supra dicte domine consolatrici principali appropinquantibus et ei astantibus. **U**nus ex eis ante ceteros hijs eam verbis allocutus est. **O** domina illustrissima de glorie mundane carentia atqz privatione nimis turbos vestramqz consolationem mihi necessariam esse arbitror. at illa eidem protinus pro consolatione sibi impendenda de suis puellis quatuor adiunxit.

I. CONSIDERATIO.

Prima puella de glorie mundane carentia contristatum sic alloquitur. **N**escis quod quasi omnis artis se expertez probat qui quod modicum est aliquid esse existimat. quippe in omni quasi facultate quod parum est vel modicum pro nichilo computatur. **N**onne naturalis astruit philosophia quod id quod parum distat nichil distare videtur. **N**onne et ethica parum transgredientem virtutis mediuz negat vitiosum esse censenduz. sed et politica generaliter affirmat quod ratio id quod modicum est accipit quasi nihil. **L**egum etiam facultas determinat modicum interuallum temporis tanquam nihil. continuum actum minime impedire quod vna cum alijs consimilibus circa materiam iuris canonici doctores assumunt. **S**ed et sacra in scriptura reperitur modicum tanquam nihil in requie. et sic discurrendo per singulas facultates facile iuenires quod preter scientias mathematicas. que minuta considerant. omnes alie solent de modicis non curare. **Q**ua in re penso virtutem magnanimitatis omnium quodammodo inesse scientiarum facultatibus. **E**t vero hominum genus arte et rationibus viuic. **M**emento igitur te hominem esse. et si natura tibi negat. esto tamen et tu vel arte magnanimus et quod minimum quid esse probatur. tu ne magnum estimes. ne si eo carueris vel priueris tanquam de eo quod aliquid est. cum sit potius censendum quasi nichilum pertuberis. **Q**uoque quod nichilum sit eo quod per modicum quid mundana est gloria luculentissime demonstrat experta illa boetiana consolatrix que de gloria disserit in hec verba. **Q**ua inquit sit exilis et totius vacua ponderis. sic considera. **O**mnem terre ambitum sicut astrologicis demonstrationibus accepisti ad celi spacium puncti constat obtinere rationem id est ut si ad celestis globi magnitudinem offerat. nihil spacij proorsus habere iudicetur. **H**uius igitur tanz exigue in mundo regionis quarta fere portio est sicut ptolomeo probante didicisti que nobis cognitis animantibus incolatur. **H**uic quarte si quantum maria paludesque premunt quantumque siti vasta regio distendit. cogitatione subtraheris. vix angustissima inhabitandi hominum area relinquetur

In hoc igitur minimo puncti quodam puncto circumsepti atq; con-
cluſi de peruulganda fama. de proferendo nomine cogitatis. **Aut**
quid habeat amplum magnificumq; gloria tam angustis erigu-
isq; limitibus artata. adde q; hoc ipsum breuis habitaculi septu-
plures incolunt nationes lingua moribus totius vite ratione di-
stantes. ad quas tum difficultate itinerum. tum loquendi diuersi-
tate. tum ceterij insolentia. non modo fama hominum singuloru
sed nec urbiu quide peruenire queat. **E**tate deniq; **A.** tullij sicut
ipse quodam loco significat nondum caucasum mentem. **R**omane
reipublice fama transcendit et erat tunc adulta. parthis etiaz ce-
terisq; id locorum gentibus formidulosa. **V**ides ne igitur q; sit an-
gustata q; oppressa gloria qua dilatare ac propagare laboratis. **I**n
ubi romani nominis transire fama nequit romani hominis gloria
progredietur. **Q**uid q; diuersarum gentium mores inter se atq; in-
stituta discordant. ut quod apud alios laude. apud alios suppli-
cio dignum iudicetur. **Q**uo fit ut si quem fame predicatio delectat
huic in plurimos populos nomen proferre nullo modo conducit
Erit igitur peruulgata inter suos gloria quisq; contentus et inira
vnius gentis terminos preclara illa fame immortalitas coartabi-
tur. **S**ed q; multos clarissimos suis temporibus viros scriptorum
inops deleuit obliuio quam p; quid ipsa scripta proficiant que cum
suis auctoribus premit longior atq; obscura vetustas. **V**os vero
immortalitatem vobis appagare videmini cum futuri famam ep;is
cogitatis. **Q**uod si ad eternitatis infinita spacia pertractes. quid
habetis q; de nominis tui diurnitate leteris. **V**nus etenim mora mo-
menti si decem milibus conferatur annis quoniam utramq; spaci-
um diffinitum est et minimu licet. habet tamen aliquam portionem.
At hic ipse numerus annorum eiusq; qualibet multiplex ad inter-
minabilem diurnitatem nec comparari quidem potest. **E**tenim fi-
nitis ad se inuicem fuerit quedam. **I**nfiniti vero atq; finiti nulla vnq; pote-
rit esse collatio. **I**ta fit ut qualib; pluri ep;is fama si cum in exhausta
eternitate cogitet. non parua. sed plane nulla esse videat. **N**ec illa
gloriosa consolatrix cuius ex dictis gloriosis pariter et consolatorij
sequit. neminem debere de priuatione vel mundane glorie carentia
desolari.

II. CONSIDERATIO.

Secunda puella sic ait. **Q**uomodo frater inani gloria pasci. aut
ita saginatus queris impugnari. q; falsa tristis mortis de pro-
ximo imminentis sua amaritudine inspidam reddit. **Q**uod si non que-
ris nec inde si carueris te vlla maer tristitia. **D**ozro mors imminet
vel inopinate nata amputare vitam hautdubium omnem gloriam
ne dicam inspidam. proasus spernendam reddit. **P**inde illa musa
boetiane tristitie suo mitigatiua carmine olim sic cecinit. **L**icet

remotos fama per populos means diffusa linguas explicet et magna titulis fulgeat claris domus. **Mors** spernit altam gloriā. hec illa. **Verum** quod spernendum omnium merito sententia iudicatur illo non habito vel amisso contingit facile consolari.

III. CONSIDERATIO

Tercia puella sic ait. **Mirum** est si quem delectet collum iugo grauiſſimo continue preſſum in altum portare. et non potius procliuum. terraz ante oculos poſitam contemplari. **Q**uod si primum non delectat quomodo erit quod contrarium eius quatenus grauet. **M**inime inquires. **Q**ueſo igitur dicito mihi cur te grauat si non vales per mundanam gloriā cornua erigere atque in altum collum porrigere quod conſtat fore mortalitatis iugo alligatum. **T**u cuius profecto iugi preſſura vniquam se excutere non valebit. **I**ta ne eſt o superbe o glorie inanis cupide. **C**ur igitur memoz. quia terra es et in terrā ibis. terram ipſam ſubmiſſo collo non potius conſideras. quam colluz ita preſſum tanquam grauiſſe ſubiugatum in conſiderate erigere atque in mundi gloriā extendere te delectet. **A**udi quid muſa boetiane tritice mitigatiua cecinerit ſeu potius cum admiratione fuerit lamentata. **Q**uid o inquit ſuperbi colla mortali iugo fruſtra leuare geſtiunt. **Mors** ſpernit altam gloriā. **I**nuoluit humile pariter et celſuz caput. **E**quatque ſummis infima. **F**orte inquires o vane glorie. **N**onne optabilis eſt gloriā etiam ipſis mortalibus que nimirum ipſi moztu ſuperſtes erit. **Q**uid ni ſit optabilis. **N**ōne dicit ſcriptura. **O** quam pulchra eſt caſta generatio cum claritate. **I**mmortalis eſt enim memoria illius. quoniam et apud deum nota eſt et apud homines. **S**ed conſideratio huiusmodi te non moueat ſi tibi pro te claritas nominis memorabilis non manebit. **E**ateoz quidem claritatem huiusmodi vtrunquam fore pulchram. **S**ed apud quem attendendum. **P**rofecto apud deum cui nota eſt et apud homines. **E**t vero apud te minime. **T**ibi ſiquidem non ſicut ipſis eſt immortalis. claritas futuri nominis. quid tibi confert nunc viuenti. **N**ihil quali. niſi dum preſens fuerit etiam moztuo te conferret. **A**licuius per modico ſolum tempore conferret. quod modicum vt eſt dictuz pro nichilo eſt deputandum. **S**ed ecce claritas ſi quando preſens erit te moztuo quam parum tibi tunc conferat. **H**oc ſolatrix boetij muſice ſic oſtendit. **V**bi nunc fidelis oſſa fabricij manent. **Q**uid brutus aut rigidus catho. **S**ignat ſuperſtes fama tenuis pauculis inane nomen literis. **S**ed quod decoza nouimus vocabula. **N**um ſcire. conſumptos datur. **I**acent ergo proſus ignorabiles. **N**ec fama notos efficit. hec illa. **C**ui profecto et ratio ſuffragatur. **E**cce eius quod moztu ſpiritus. aut ad inferos descendit. aut ad purgatoria loca aut in celū pergit. **I**n inferno claritas nominis etiam ſi innocerec minime ſpiritum delectaret. ſed forſan amplius cruciaret. **L**ocus

liquidem solius tristitie est infernus. In purgatorio autem si bene quidem agnita aut gaudium pareret aut quod dubius manet dolo rem purgatorium paululum mitigaret. Eorsitan tamen cum et ibi sit tempus flendi non gaudendi agnosci quemadmodum premittitur non contingeret. Audi patres clareuallis. Elij inquit adaz genus ambiciosum et auarum quid vobis cum diuitijs terrenis et gloria temporalis que nec vere nec vestre sunt. si vestra sunt hec tollite ea vobiscum. sed homo cum interierit non sumet omnia. nec descendet cum eo gloria eius. Dozro in celo quis inibi tam noticie quam leticie locus extet. claritas tamen terreni nominis. contemni solet vbi conceptum de potioribus gaudijs omnino preualet. Audi expertam illam boetianam consolatricem. cuius et supra meminimus. Si bene inquit sibi mens conscia terreno carcere resoluta celum libera petit. nonne omne terrenum negocium spernet. que se celo fruens terrenis gaudet exemptam. h illa.

III. CONSIDERATIO.

Quarta puella sic ait. Quid turbaris o amice. Stultus es an sapiens. Profecto si gloriam amicam queris stultus esse probaris. falsoque tibi nomen tribuitur gloriosum. Si igitur sic stultus gloriam consequeris. non nisi turpem amicam habebis. Verum si quare te gloriam affectantem stultum dixerim scire velis. Ecce id circo sic dixerim. Nam quod sapientis est in te non inueni. Siquidem qui sapiens est. bonum suum conscius. sibi vulgari opinione non metitur. sed potius veritate atque pro nichilo gloriam reputat. quam quod dem loci ac temporis circumstantia. ut angustam nimium paruipe dit. Hec est reuera sententia quaz boetiana consolatrix luculenter protulit in hec verba. Gloria inquit quam fallax sepe. quam turpis est. plures enim magnum sepe nomen falsis vulgi opinionibus abstulerunt. quo quid turpius excogitari potest. Nam qui falso predicantur suis ipsi necesse est laudibus erubescant. Que sic etiam meritis conquisita sit. quid tunc sapientis conscientie adiecerit qui bonum suum non populari rumore. sed conscientie veritate metitur. Quod si hoc ipsum apagasse nomen pulchrum videtur consequens est ut fedum non extendisse iudicetur. Sed cum vti paulo ante differui plures esse gentes necesse sit ad quas vnius fama hominis ne queat peruenire. fit ut quem tu estimas esse gloriosum. proxima parte terrarum videatur ingloriosus. Inter hec vero popularem gratiam nec commemoratione quidem dignam puto. que nec iudicio venit. nec vnquam firma perdurat. hec illa. Certeum est igitur quam fallax gloria et vana est eius qualiscunque pulchritudo cuius parvodus nimium breuis ostenditur dum summus pontifex coronatur. Tunc etenim stappa in altum piecta seu porrecta accedit. et dum sic accesa continuo consumitur alta voce proclamatur. Sic transit gloria mundi.

Capitulum secundū continens consolationes super carentia humane laudis et specialiter de factis bonis. ut de actu predicatoris vel consimilib⁹ alijs.



Secundo post premissa ad dominam consolatricem sus predictam accessit et alius tristis super materia premissi capituli querulando cui illa huius rei gratia. p consolatione de suis puellis quinqz assignavit.

I. CONSIDERATIO.

Prima puella sic ait. **V**t quid frater de eius querularis carētia quod tibi si adesset non prodesset sed magis nociu⁹ esset. **V**is hoc scire de laude et primo q. laudatio non prodest. **A**udi magnū patrem augustinum. **B**onum laudare non laudato sed laudantib⁹ prodest. **D**ozro si vis scire q. laus ipsi laudato sit nociua utpote que laudatum facile reddit elatum. **A**udi magnum antistitem **A**mbrrosium loquor. **I**llo inquit potissimum tempore merita sanctitatis extollo quando nec laudantem adulatio nec laudatuz temprat elatio. **L**auda ergo post periculum. predica securū scilicet post mortem. nam subiungit. quis autem viuens tute posset laudari. quasi dicat vix ullus vel nullus. nonne igitur patet q. laus ipsi laudato dum viuic facile est nociua que dum facit elatum quasi extra se latum ipsum reddit seipsum ignorantem. et quid hoc periculosius esse posset.

II. CONSIDERATIO.

Secunda puella sic ait. **N**onne amice hoste carere bonum est atqz consolatorium. **E**ateare hoc necesse est. **S**ed quid. **C**erte laus est homini velut hostis quez vix vnq̄ absqz suo periculo eua dere p̄test. **V**is scire hoc de laude. **A**udi magnum patrem **A**ugustinum de laude hoc de qua loquitur supponentem. **N**emo inquit huius hostis vires sentit. nisi q. ei bellū indixerit. quia et si cuiq̄ facile est laude carere dum negatur. difficile est tamen ea non delerari. cum offertur. hec ille. **S**ed dices forte. **N**ondum plene noui vel quibus modis laus sit hostis. **H**oc igitur pacto id noueris q. scilicet ad modum hostis alios cruciat alio malos esse manifestat. et utroqz per d̄sequens hostem se esse declarat. **I**ustos em cruciat. et iniquos reprobos demonstrat. **A**udi egregium patrem gregoriū. **L**aus inquit sua iustos cruciat. et iniquos exaltat. quos dum letificat reprobos monstrat. **H**ec ille pater. et certe de numero iustozum quos laus cruciat ille doctor fuisse videtur. cui quodam dum ipse optime predicasset dicente benedictus sermo oris tui ipse respondit. **S**ed maledictus sermo oris tui quasi dixerit.

quia mihi ut hostis nocuisti ore me laudando.

III. CONSIDERATIO.

Tercia puella sic ait. Cur frater laudes appetis de recto opere cum multo melius esset illa carere. Vis scire quare. Audi gregozij pape egregium verbum pro ratione. Cuz inquit pro recto ope laus transitoria querit^r eterna retributione res digna. vili precio venundatur. **E** ille. **T**ed nonne melius esset commercio hoc carere. **C**erte sic. **S**ed esto q^d pro bono opere laus humana non queratur sed non quesita offeratur. atq^{ue} ob hoc eterna retributio non neget^r. **A**dbuc tamen carentia ipsius vtilior esse probatur. eo q^d ob ipsam carentiam excellentior homini apud deum retributio reseruatur. **V**is hoc scire. **A**udi rursus predictum patrem egregium actus occultos manifestis miraculis et laudatis preferentem. **C**aritatis inquit et pietatis miracula amate. que tanto securiora sunt. quanto et occulta. de quibus apud deum eo maior fit retributio. quo apud homines minor est gloria. hec ille pater. **V**nde frater ymagineris tenebram misceri luci et venenum cibo delectabili. quando pro bono opere laus seu gloria que est apud homines. miscetur expecta^{ti}o de glorie apud deum.

III. CONSIDERATIO.

Quarta puella sic ait. **O** frater forte libenter scires presertim si sis doctor ecclesiasticus quibus rebus bene predicatus. bene legentis. et disputantis. seu vtiliter docentis. laus sit similis. **E**cce primo laus ista est velut echo. **S**icut enim voce clamantis recepta in concavitatibus altorum montium seu cauernis ad resonantiam dispositis echo resultat. tanq^{am} res vana sonans per modicum. et cito transiens. **N**ichilq^{ue} post se relinquens. **I**ta actu bone predicationis vel doctrine per concavitates aurium vsq^{ue} ad eleuatas mentes per gratitudinem resonantes perueniente. resultat per ora auditorum. laus predicta que est vana velut echo sonans per modicum. et nihil p^{ro} se boni relinquens. **q**re nec curanda est. s^{ed} magis h^{ab}enda ludibrio velut echo. **R**ursus scias q^d laus aⁿdicta est q^{uasi} fum^{us} seu virgula fumi euaporare solita ab ignito eloq^{uo}o vbi dei seu ab ipis auditorib^{us} igne forte caritatis inflamatis. q^{ui} predicati seu docti reddunt huiusmodi fumum laudis qui ad modum veri fumi ip^sorum doctorem sepe cecum vel cecutientem facit. **V**t vnde auditores illuminantur inde doctor ipse oculos ad fimum h^umoⁱ dirigens v^{el} exhibens spiritualiter excecatur. **C**ur ergo propter carentiam huius famose laudis contristatur. cum magis ei gaudendum esset et qui bus predicauit congaudendum de suo a se recepto lumine cognitionis et igne diuini amoris. cum ignis hic et lumen hoc sint de familia solis iusticie et per consequens ad modum materialis ignis et naturalis luminis de familia corporalis solis existentium habeant se de ipse intuentium corda leuificare. sicut de lumine naturali

thobias ille senioꝝ innuebat cū dicebat. Quale gaudium mihi erit qui in tenebris sedeo et lumen celi non video.

V. CONSIDERATIO.

Quinta puella sic ait. **O** frater si ut soroz mea pꝛememorat pꝛdicator sis vel doctoz ecclesiasticus memento officij tui. Nempꝛ doctozes ecclesiastici ex statu suo seu officio. habent qꝛ sunt qꝛsi dei et sanctorum hystiones et mimi laudantes deum in se. laudantes quoqꝫ eum in sanctis suis. Quemadmodum igitur hystiones seu mimi quibus pꝛo suis dictaminibus dominos laudantibus siue pꝛo iocoso ipsoꝝum solacō pꝛesertim in nuptijs vꝛ alijs magnis festis datoꝝes solent assignari. pꝛosus stulti essent et fatui si pꝛ datoꝝibus pauperes habere magis vellent et tenaces. quando dños vel pꝛincipes diuites et liberales habere possent. Ita pꝛofecto pꝛ stultis sunt habendi hautdubium et insanis illi pꝛedicatoꝝes seu doctozes qui pꝛ officio suo quod exercent ad laudeꝫ dei pꝛesertim in festis nuptialibus dei et ecclesie tanqꝫ sponse nuptiali thalamo pꝛeparate. pauperes et mendicos pꝛo datoꝝibꝫ siue remuneratoꝝibus qui vana laude aut minimis rebus alijs eos remunerant habere desiderant. et non potius deum ipsam pꝛincipem vniuersi qui est diues in omnes. qui pꝛ cunctis iustus remuneratoꝝ est et liberalis qui esset et ipsoꝝum dummodo solū vellent merces magnanimis

Capitulum tertium continens consolationes super honozis amissione vel carentia.

Tercio post pꝛemissa ad dominam consolatricem pꝛincipalem accessit et alius tristis de honozis amissione et carentia perturbatus. cui illa ad consolandum eū de suis puellis quatuoz deputauit.

I. CONSIDERATIO.

Prima itaqꝫ puella sic ait. **O** amice si honozis scires accidentia. nō ita de honozis carentia te esse anxium oporteret. Nimirum honozes sollicitudo sempꝫ comitatur longa duratione minime cōtinuatur. et de habito cum delectatōne plixioꝝ eius qꝫ sit dlectatio displicentia subsequitur. **V**is hec tria scire de honoze. **A**udi illum petrum Rauēensem. Diuitias inquit et honozes sollicitudo inseparabiliter comitatur. mundi pompa et fauoz populi fumus est et aura subito euanescent. que si plerumqꝫ placeant penitudinem inducunt et si delectant ad modicum pꝛductioꝝe spacio displicebunt. **N**ec ille. **S**ed et causam adicit displicentie. jobannes os aureū pꝛesertim indebiti honozis. **H**onozis inquit magnitudo hijs qui non in digno viuunt honoze cumulꝫ incipit esse penarum. **N**ec os aureum. **S**ed hoc non credatur tantum de penis dici futuris quoniam et in pꝛesenti honoz est penalis. **Q**uipe magna occupatio est penalis. **S**ed sicut ait ille gregozius pater egregius.

Plus in hoc mundo honor q̄ despectatio occupat

II. CONSIDERATIO.

Secunda puella sic ait **O** amice **C**ur querularis q̄ ad magnos honores preproppere non ascendis. **T**u nescis quid appetis. **T**u queris statum et inuenis casum. **T**u queris per ascensum honoris crescere in altum, qd̄ si etiā d̄tingeret decresceres et descēderes in pfūdū. **V**is scire q̄ sit ita. **P**rocedat i mediū egregi⁹ ille d̄nici gregis pastor gregorius et propositū mox declare. **C**asum inquit appetit qui ad summi loci fastigia postpositis gradibus per abrupta querit ascensum. **S**cimus autem q̄ edificati parietes non prius tignorum pondus accipiunt, nisi a nouitatis sue humore siccantur, ne si ante pondera q̄ solidentur accipiant iunctaz simul fabri cam ad terram deponant. **H**ec pater ille que et in venerabili decretorum volumine recitantur. **A**udi eundem rursus, quemadmodum in iam dicto volumine recitatur. **Q**ui inquit nititur ad altiora condescendere, quid aliud agit nisi vt crescendo decrescat et ascendēdo altius exterius interius in profundum descendat.

III. CONSIDERATIO.

Tercia puella sic ait. **N**escis frater q̄ si dixerimus quia peccatū non habem⁹, nosiplos seducimus, et veritas in nobis n̄ est. **S**iquid profecto si peccatis nostris addamus honores, quanto hoc magis fecerimus, tanto plus testante illo gratiano proculdubio puniemur. **S**ed nonne melius est pro breuissima nostra paryodo honore carere quancunq̄, q̄ addere nobis vel minimum gradū pene, presertim eterne, si sicut astruunt patres nostri. **D**ene future siue purgatorie siue infernales sunt penis huius mundi grauitate incomparabiles.

III. CONSIDERATIO.

Quarta puella sic ait. **O** karissime quare exhibitionē queris honoris que premium est virtutis. **N**escis q̄ ad impossibile tendis. **N**empe in hac vita non est retributio malicie vel virtutis et si aliqua fit, non fit iuxta condignum, sed est tantummodo quidam gustus. **S**i autem bonum opus fortassis faceres, profectum tuum simul faceres, si pro illo tanq̄ mercedem honorem nō requireres. **S**cias enim pro constanti q̄ qui pro bono quod agit temporaliter remunerari non querit reuerentia vel honore aut alio quocunq̄ illius ipse deus magna nimis merces erit. **S**ane de materia presentis capituli poteris per neptes meas inferius plenius edoceri.

Capitulum quartum continens consolationes sapientis nec utilitate nec laude vel honore premiati et specialiter super carētia magistralis honoris seu doctoratus aut lectoratus solennijs.

Quarto post premissa ad dominam consolatricem sepe dictam accessit et alij tristis ei sup materia premissi capituli conquerendo: cui mox illa pro consolatione de duab9 suis puellis pulcherzimis puidit.

I. CONSIDERATIO.

Prima puella sic ait. **O** vir sapiens. si tamen sapiens. qui min9 sapias q̄ deberes: cur sapiunt tibi aliena cum tibi sufficere deberent que habes ppria sola sapientia habitat. **A**udi super hoc alatum quendam dignam memoria contra contemptum sapientie et sapientum sententiam pferentem. **C**um inquit sapientia temporib9 nostris nulli9 fruct9 premietur stipendijs. nulli9 fame eam fauoris aura extollat. **I**psa non pecunia honoris titulos et laudis emat preconia. **S**ola tamen sapientia super omnem possessionem preeminet generosa possessio: que sparsa colligitur. erogata reuertitur: publicata suscipit incrementum per qua nobiles conscientie thesaurus secretis penentralib9 mentis innascitur: fruct9 iterne delectationis acquiritur. **H**ic sol est per quem mentis lumine diescit in tenebris cordis oculis deliciosa animi paradisus: h in celeste. terrenum in i mortale: caducū hominē in deū desicce imitationis ouertit. **H**ille

II. CONSIDERATIO.

Secunda puella virum ppter magistralis honoris carentiā spāliter tristatū aggredit in hunc modum. **D**ocebo te inquit si volueris qualiter possis breui adipisci solenniozem doctoratum quo plerumq3 omnib9 qui sunt doctorib9 tenebis cathedram celestiozem: ipsiq3 vix pedum tuorum erunt ad scabellum. **N**onne corrupti sunt in studijs suis. et vt plurimum nō est qui faciat bonuz. nec dum viuere didicere. **C**omponere ergo mores. sectare virtutes. sanctam ducas vitam. in vigilijs. in abstinentijs. in orationib9 sedul9. **I**n abstinando a verbis otiosis ne dicam periculosis. et vbicunq3 sederis admirabilis eris in cordib9 eoz. **O**mnisq3 locus erit tibi pro cathedra. gloriosusq3 atq3 motuus cordium doctor eoz eris nō doctor modo paruuloz. non doctor vel magister nouicioz. **H** doctor viroz illustrium. doctor doctorum quozum coram te interiorēs spiritus p te et si nescias absq3 veratiōe tui spirit9 tan p pueri recipient disciplinas: duz nō statim pficiunt lectionemq3 reportauerint utpote que sup vires eoz sit. qui sine voce etiam in silentio es de magnis locutus9 magnaq3 doctus9. **D**ulchrozum em̄ exemploz positioe ipsos demōstratione ad oculū docebis viuere. et bene viuere. viuere sancte. viuere virtuose. **E**st ne aut excellens h doctrina: **E**st omnino. **A**udi in simili materia vel eadem dulcissimā illuz clareuallensem de apostolis predicantē. **H**ic sunt inquit mgi

29

noſtri qui a magiſtro omnium vias vite pleniſſe didicerunt. et docent
vos uſque in hodiernum diem. **Q**uid ergo docent apoſtoli ſancti. non
piſcatoziam artem vel ſcenofactoziam. et quidquid huiusmodi eſt.
non platonem legere. non areſtoſilis verſacias inuerſare. non ſp
discere. et nunquam ad veritatis ſcienciam peruenire. docuerunt me vi-
uere. putas parua res ſit ſcire viuere. **M**agnum aliquid ymmo ma-
ximum eſt. ſcilicet ille. **I**n hac ergo artem. in hac ſapientia ſanctorum. que
ars eſt artium regimen animarum malle debes magiſterium conſe-
qui. et tale quod premititur officium doctoratus que cuiuſuis ſco-
le regimen. aut doctoratus faſtigium quantumlibet excellentis.
Sed dices forte non eſt leue ad magiſterium tale conſcendere qua-
le polliceris. **A**deptumque modicum affert honoris. **E**rras omnino
ſummo cancellario qui hac in facultate pro certo facili. omnes do-
ctorumſat docente pariter et dicente. **I**ugum meum ſuaue eſt. et onus
meum leue. **V**eruntamen et ſi nouellis ſit clericulis. non omnino
leue. grauius multo fore ſcias magiſterium vulgaris nominis adi-
piſci. hoc enim nonnullas abſtinentias pluresque vigilias. labores
et expenſas euiſcerationemque ſui corporis uſque ad cerebri et medul-
le oſſium exinanitionem requirit. plurimorumque ob labores huiusmodi exceſſi-
uos ad infaniam perduxit. **P**orro de honore quod loqueris. fru-
ſtra minusque prudenter adieciſti. hoc enim vanitatem iudicat ad-
huc tuo animo adherentem. proſus pellendam a ſede mentis tue
Scriptureque neſcium vel oblitum teſtatur cum dicat noſter **S**im-
phonides. **N**imis honorati ſunt amici tui deo. nimis confortatus
eſt principatus eorum. **T**udeo quoque ſecuriſſimus polliceri que vir-
tutem in te ſanctamque vitam honorabunt cum nouerint multo plu-
res que preſciſe quodcumque doctoratus officium in hoc mundo. **L**au-
dabitur enim ab hominibus conſideratiuis ſtudozium tuum interi-
us intra cubile cordis tui. conſiderabitur in memorie tue armario
liber vite ſpiritualis. liber caritatis. ſummaque virtutum operibus
declarata ſumma nichilominus etiam vitiozorum per te efficaciter re-
probata. **A**duertetur que ſtudio incumbis. libro ſapientie actuali
conſideratione poſito ſuper pulpitem tui volubilis ſeu diſcurſui
intellectus. videbitur quoque maniſeſtius ſcole ac doctrine tue ef-
ficacia. atque ad profectum plurimorum docendi facilitas per ex-
plozorum poſitionem. quibus te exhibueris in morum honeſtate omnibus exem-
plarem. **E**t nonne hec et ſimilia merebuntur apud homines. apud
angelos. apud deum et ſanctos vniuerſos. approbationem omni-
modam pariter et honorem. hoc notato hec verſentur in animo tuo
Sed et pariter audito inſigne illum jeronimum preſbiterum de quibusdam
loquente in monaſterijs conſtitutis. **Q**ui inquit ſpez diuerſarum multo tpe
didicerunt qui omnium fuerunt mimi ut primi omnium fierent. quos nec ipſa
eſuries. nec ſatietas aliquando ſuperavit qui paupertate letantur

quorum habitus. sermo. vultus. incessus. doctrina virtutum est. hec ille
Nonne ergo omni vulgaris appellatōnis decoratu melius atq; glo-
 riosius est hōi doctrina pollere et hō mō dicere quo nō solū lingua
 sed omnia p̄dicta scz habitus sermo vultus incessus etc. simul docēt
 et sibi inuicem testimoniū p̄hibent. doctoremq; cōstituant q̄ tali-
 ter docens nequaquā sibi ipsi contradicit. quemadmodum alij qui sepi-
 sime quod verbis p̄dicant. quasi multis contradicētes moribus im-
 pugnant. **C**eterū tali de quo loquor doctōri nequaquā ea deerūt
 vel in equiualeuti que gratiose doctōribus alijs impenduntur. **N**i-
 mirum tali non minus q̄ alijs laus hautdubium p̄maxima debet
 et redditur. **I**dem dico de doctōratu insignibus et cōmuniter accēti-
 bus ut de pirreto et veste honoris. de cathedra magistrali. et de lo-
 co honeste sessionis. et lauta p̄curatione in diuinis. de mansioneq;
 condigna. et de honesta comitiua vel familia. **V**is scire de laude.
Profecto constat virum talem iustum esse. sed teste scriptura memo-
 ria iusti cum laudibus. constat talem virtuosum esse. sed laudabiles
 virtutes dicimur ut ait aristoteles in suis moralibus. constat doctō-
 rem talem pulchro studio deditum esse atq; deditum in virtute. s;
 ammonet nos scriptura. laudemur inquit viros gloriosos homines
 diuites in virtute pulchritudinis studium habentes. **V**is scire de-
 inde de pirreto in capite. ecce doctōratu est insigne. et potest intel-
 ligi de auctoritate capitalis. i. p̄ncipalis doctrine in exemplis o-
 perum p̄ncipalibus q̄ in solis verbis consistente. quippe leone papa
 teste validiora sunt exempla q̄ verba. et pleniore ope docetur q̄ vo-
 ce. **D**enique per pirretum capitis intelligi potest intētio mentis. or-
 dinans ad doctrinam opera exemplaria. aut etiam spes eleuata de
 habenda per hoc vel in participio doctōrum aurea. **V**is ulterius
 scire qualis sit doctōri d̄ quo loquor vestis honoris cathedra ma-
 gistralis. **A**ut quis sit ei locus in conuiuiis. **C**erte non sic quemad-
 modum doctōribus alijs scribarum nomine designatis in quorum de-
 testationem dicit **S**aluator. **A**tendite a scribis qui volunt ambu-
 lare in stolis. et amant p̄imas cathedras in synagogis. et p̄imos
 discubunt in diuinis. non sic certe doctōr de quo loquor non sic. s;
 pro stola honoris corpore ornante. eligit stolam iocunditatis inter-
 ne. **O**mnis enim gloria eius ab intus in fimbriis aureis. i. in finibus
 rutilantis caritatis. p̄ cathedra vero magistrali eligit altam ascē-
 dere mentis sue sedem vel locari inter animos s̄m illustrem boetium
 celsa sede petos. **P**ro primo autē discubitu in diuinis eligit ascē-
 dere superius ad gradum aliquē vnum de sublimioribus in diuino
 eterne satietatis. estq; ei in presenti secunda mens. iuge diuinū. atq;
 mensa splendida. que si non consistat in epularum lauticia. consistit t̄n
 in eo qd̄ multū p̄ualet scz in multiplici ac delectabili recreatōe
 interna. s̄m quā possibile est et epulari quotidie splendide saltē ab-
 itra. et mlt̄ociēs etiā assumi ad exteriora diuina cū mlt̄a reuerētia

e⁴

Demum talis doctor non carebit mansione condigna qui pculdu
bio manens in caritate in deo manet cui etiā eterna pcedellinatōe
debetur in celis inter sydereas mansiones vna sublimis Quid plu
ra: profecto talis doctor nō carebit sp se sequente et sibi obsequē
te honesta comitua et familia/cū honoris et honestatis opa sequā
tur illum tanq̄ comitua. que etiam tanq̄ familia. id est sibi famili
aria fideliter et grate ei seruiunt hic ad meritum et tandem ad pre
mium future beatitudinis seu ad dsequendum statum omnium bo
nozū aggregatione perfectū.

Capitulum quintum dicens dōlationes sup carentia vel amif
sione militaris honoris vt militis contristati vel ex eo q̄ ei res nō
suppetant quibus possit actus militares exercere vl ex eo q̄ de bel
lo fugerit vel ab hoste.

Quinto post premissa ad dominā dōlatricem illustrissi
mam accessit et ali⁹ tristis desiderans instanti⁹ p eaz
sup materia premissi capituli recipe cōsolationē. que
mox eidem hui⁹ rei gratia de suis puellis duas satis
pdoneas adiunxit.

I. CONSIDERATIO.

Prima puella attendens predicti viri tristitiam ex eo q̄ ppter
defectum rerum militiam exercere non posset prouenire. Ad
ipsum sic ait. Aduerte miles seculi sp̄ gloriofius sit q̄ seculi militē
esse christi regis eterni. Quid igitur miles seculi: Num te militem
esse christi abnues quo stultissim⁹ dprobaris: An credis duob⁹ do
minis tam diuersis tanqz aduersis simul posse militare aut cōsequi
gloriam ab vtroqz. Hoc vane speras. Nimirum teste iacobo alphei
quicunqz voluerit amic⁹ esse seculi huius inimic⁹ dei cōstituitur.
Quo etiam ampliozem tibi studes mundi gloriam dparare: eo am
pliozi quoqz dusione apud vniuersam celi militiam. apud qz dñm
exercitūz regem glorie inglorius eris. An non te mundi gloriam
siue torneamentis. siue hastiludijs. siue alijs consimilibus vanissi
me appetentem. aut etiam consequentem rex glorie qui presto est
vniuersis dilucide cernit: Videtqz dum quempiam alium deici
te deici. dum superas superari misera vanitate. Quid autem tam in
glorium q̄ vana gloria superari: Quid tam cōfusibile q̄ non posse
resistere vanitati. nec posse subsistere. vel ad modicum. et dtra mo
dicum venticulū vanitatis. Deniqz quid adeo stultissimū vt p glo
ria minima ac caduca q̄ nō sine peccatis compat⁹qs velit amittere
aut piculo exponere eterne glorie coronā. D igit⁹ felix impedimē
tum atqz beata p̄sus paupras que nō sinit militem ei cui si facul
tas suppeteret. resistere nesciret. insisteret vanitati. quod nimirum
etiam medici corporis vt ludendo loquar delicatis dissuadent.
quozum forsan cuiuslibet supra dorsum si torneamentis interes
set. velut super incudem simulqz plurimi crudeliter fabricarent.

17

Neq; cerebro nec faciei. nec naso. vel oculis nec pectori vel ven-
tri. nec dentib; vel ozi. nec genitalibus parcerent. Sed et spiritum
ipsius ita suffocarent. q; multo consultius caderet. equum et arma
perderet. vel si posset fugeret psona eius: q; q; vita ipsius aufuge-
ret. nunq; reditura: et nonne tantis malis carere magis est bonum
q; sit malum honore carere: de quo agitur militari et tantummodo
temporali

II. CONSIDERATIO.

Secunda puella attendens militis tristitiam ex alio capite: ex
eo scz q; ex fuga de bello vel ab hoste honorem militarem se
reputat amisisse. ad ipsum sic ait. **O** miles vna christi si attederes
accidentia pugne seu belli vel etiam singularis certaminis: non sic
fortitan fuge accidentia te turbarent. **Cur** non attendis q; singula
re certamen summe est periculosum vbi duoz inimicor; capitaliu
ambos vel alterum occumbere sit necesse: vbi de facili presens vi-
ta amittitur et futura: Nec victor excusatur i defensione propria
qm; potius si posset deberet fugere q; eterne damnationi animam
exponere sui hostis penitentie spactum pre angustia certaminis n;
habetis. **O** qui tali intentone fugeret q; gloriofus christi miles es-
set: quantumq; vel in celo honorem perpetuu obtineret. **Rursum**
cur non attendis q; perraro bellum quod comittitur solet esse iu-
stum. quinimmo contrarium iusto videtur ex omni parte: nunc em
causa est iniusta orta discordia ex mera supbia: quippe dum supbie
impius incenditur paup; nunc qualiscunq; causa sit. tantum appia
et non auctoritate principis ne dicam contra principem cum cri-
mine lese maiestatis attempatur. **Nunc** in accessu terra tam amico-
rum q; inimicor; deuastatur. **Incendia** fiunt. spoliantur rebus suis
ne dum diuites. sed et pauperes totaliter innocentes: et ipsi diui-
tes ad mendicam paupertatem deducuntur. eiulant postmodum
vxoies et paruuli post abundantiam et vitam deliciosam ad miseri-
am maximam deducti. **Sed** a principio bellici apparatus grauant; in-
iuste monachi. moniales. et clerici seculares. contra ipsorum priuile-
gia et libertates. non obstante si paupertate sint oppressi artantur
vt currus cedant et equos: vel etiam mittant armatos ad occisio-
nes inimicor; dispositos. contra ipsor; conscientias cu; irrer glaricatis
metu. quis etiam alias causam esse nouerint min; iustam. **Istis** fa-
ctis illicitis heu miles seculi communiter inuolueris du; ad bel-
lum pcedis in quo pcessu bellico non est qui se abscondat a calo-
re eius: ne dicas a furore eius in iusto. **Q;** si forsan pgressus fueris
vsq; ad ogressum amputa obprobrium qd; suspicatus es. **Euge** au-
dacter de iniusto bello ne in ipso cum tali conscientia digne lauci-
ata fugiat a te vita tua: ne moriaris in corpore et anima. fuga hec
non modo excusatur sed ex iusticia requiritur. quam qui continens
est obuiabit illi. q; mater honorificata. **Vnde** fuga h; honorem h;

9

si non in minori isto flebili et misero. tamen in superiori et maiori mundo. **V**bi innumeri sancti dei. ubi miliamilium. et decies cente namilia agmina celestis milicie assistunt exercituum dño. qui non pariter iudicant. huius mundi vulgo execrato. **¶** **D**orro si bellum alias etiam iustum esset. vidisses tamen hostes triumphare et probabile tibi mortis periculum imminere. queso dic quid mali esset fugisse in hoc casu. non reor ex parte tui aliud esse q̄ obprobrium pati a fatuis seu min⁹ expertis. **S**z nonne magis bonum est vitasse per fugam periculum mortis et effusionē sanguinis tui vel alteri⁹ q̄ spacio penitentie non extante tu poteras vel alius vel etiaz alij in corpore et anima perijsse. non etiam magis bonuz est teipsum ad merendum celestem gloziam conseruasse vel etiam te preseruasse a captiuitate. ratōne cuius fortassis tu cum vxore et omni ple tua deduct⁹ fuisses ad perpetuam egestatem. **N**onne inq̄ q̄dlibet horum magis est bonum q̄ malum sit ppter fugam obprobrium pati a fatuis hominibus inexpertis. quale obprobrium ratio dicit eē propter meli⁹ contemnendum. **D**eniq; honor siue in bello. siue in certamine singulari per fugam perditus est recuperabilis in equiualeanti siue etiam precellenti tam militari q̄ regio honore. **V**is scire de militari. **A**udi quendam patrem de paulo apostolo predican-tem. **L**audabilior inquit est miles qui de prelio fugit. sed reuersus fortiter dimicauit. q̄ qui nunq̄ terga vertit nec etiam viriliter q̄c q̄ gessit. **H**inc et gregori⁹ hanc comparatōz egregiam quadam in omel. q̄i formaliter cū maioris dilectōis additamento supposuisse reperi⁹. **D**ux inquit in prelio plus eum militem diligit qui post fugā reuersus hostē fortiter premit. q̄ euz qui nunq̄ terga prebuit et nū q̄ aliquid fortiter fecit. **N**ec cogitet quis q̄ cesset hec comparatio si non ad idem in numero preliuz miles reuertatur. dummo ad pugnam excellentiorem in qua viriliter dimicet conuertatur. scilicet contra illos hostes de quibus dicit scriptura. **I**nimici hominis domesticus eius id est interiores motus passionum. quarum cuneum su perare est saltem apud deum et celestem militiam spiritalis fortitudinis euidentius signum et magis gloriofum. q̄ si quis exteriorz hostium plurimos superasset. **A**udi salomonez. **M**elior est inquit q̄ dominat⁹ anime sue ex pugnatoze urbium. **S**ed et seneca illustris dicit q̄ seipm vicit oia fortis ē. **V**is scire de honore regio que plures regum filij post fugā sunt adepti. considera multarū terrarum prelia quarum regum honor per fugam de prelio. vtcunq; lesus postmodum recuperatus fuit eminenter regali solio subsequēter adepto. **A**d quod probabiliter si fuga non fuisset nullaten⁹ attingissent. q̄uis et ipsa regalium personaruz fuga sit excusabilis ex hmoi probabili presumptione q̄ milites ad frenum principis iurātes ne aliter plurima mala totius vnus regni sequerentur ipsam principem de prelio eduxerint violenter presertim cum nouerint

non ipsi? proprium bellum esse et plurimos alios quib? magis erat proprium probabile belli periculum pri? declinasse. Nec attendendo non est apud expertos reputanduz q? honoz lesus fuerit incliti karoli alias regni Romanorum nouici) nondum coronati quem ductores sui clare videntes francozum exercitum iam dissipatum non p? gladios militum s? p? iaculozum sophismata anglicozum de halesiano bello ppter euidentis mortis sue et ipsoz periculum eduxerunt ut psumitur violenter ad maximum bonu? toti? xpianitatis. Vñ stultoꝝ in hoc facto detractos sunt merito detemne de: magis autē reprobandi sunt qui eidem principi fugam a conflictu circa leodiu? habito mendaciter imponere non verentur. Cur illi idem non imponunt etiam suo patri dño johanni illustri regi Bohemozum minime pusillanimi: de cui? animositate non dubitabat s? mirabatur totus mund?. Sed nec patri nec filio fuga imponi poterat nisi turpiter mētiendo cum ab eodē conflictu per quendam presumptuosum dñm inordinate et pueolando principalib? attemptato? neuter fugere potuerit cum neuter presens fuerit. sed a loco conflictus ambo distarent. et alibi nescientes d? conflictu tanq? mediatoꝝ inter partes p? pace placitarent. Relinquāt igitur inuidi pariter et maliuoli pefato principi honozem militarem pariter et regalem qui i? propria causa nunq? aliquid assumpsit contra quoscunq? ubi nō preualuerit inimicis vel sortem non habuerit potioꝝ: incipiendo a conflictu quē adhuc iuuenul? existēs habuit in ytaliam vsq; in diem hodiernum. Propter quod nimirum dotatus a deo eximia prudentia ipsum in agendis dirigente videt? esse omnino omnib? suis aduersariis super om̄s principes formidandus. Nec de romanoꝝ principē incidenter sint dicta contra cauillationes friuolas et maliuolas aliquozum.

Capitulum sextum continens consolationes sup bone fame amissione vel carentia ac super maloꝝ suspicionē et infamia.



Exto post premissa ad dñam consolatricem supradictaz accessit et ali? tristis ratione materie premissi capituli perturbatus cui illa p? consolatione sibi impendēda de suis puellis duas deputauit.

I. CONSIDERATIO.

Prima puella sic ait. o mi frater aut famam magnipendis. Aut non. Siquidem non dixeris. quid ergo de puipensi amissione quereris. Cur inde aut quomō cruciaris. Doꝝro si famam magnipēdas per equiualens aut fortassis preualēs depditam famā restaurari solliciti? atq; citi? prouidebis. et ita citi? cessabit querele ratio maior iam bono aut vel equiualeenti occasiōe priozis infamie. et non aliter cōquisito. Quis em̄ crederet insignem illum boꝝtum tantam gloriā ex opere consolationis philosophie acquisuisse?

si non de crimine lese maiestatis infamia precessisset. Ipse quoque nonnullos memini post lapsum aliquem apertum vel etiam apinquo- rum celebriores factos per diuulgatam: quātoti postmodum famam et gloriam sanctitatis.

II. CONSIDERATIO.

Secunda puella sic ait. De malorum suspicionem vel infamia quam minus debite pateris moueri frater merito non deberes: si uerba in contrarium uirorum illustrium attendisses. Nonne seneca illustris erat. Nonne et magnus pater Augustinus. Nonne illustris papa gregorius. nonne et jeronimus. Audi igitur quid seneca dixerit ad propositum. Male inquit de te opinantur homines sed mali. Mouerit si de me marius. si catho si lesius sapiens. si alter catho. si cyprianus duo ista loquerentur. Mouerit si hoc iudicio facerent: nunc morbo faciunt. Hec ille. quasi diceret. quod non iudicio. sed morbo dicitur: non est dignum ut curetur. Nimirum infirmorum iudicium quod si non iudicium estimatur: qui amarum iudicant quid secundum ueritatem dulce reperitur. Audi quoque gratia malorum suspiciosi iudicij non curandi. etiam magnum patrem Augustinum cuidam loquentem prout in decretorum volumine recitatur. Senti inquit de augustino quodlibet sola me in oculis dei conscientia excuset. Audi etiam papam gregorium cuius uerba in predicto volumine etiam inducuntur. Inter uerba inquit laudantium siue vituperantium ad mentem semper recurrendum est. et si in ea non inuenitur malum quod de nobis homines loquuntur in magna debemus leticiam percipere. Quid enim si non omnes laudant et conscientia liberos nos esse demonstrat. Habemus paulum dicentem gloria nostra hoc est testimonium conscientie nostre. Iob quoque dicit ecce in celo testis meus. Si ergo est nobis testis in celo testis in corde. dimittamus stultos foris loqui quod uolunt. hoc ille. qui etiam ibidem stultos homini presertim informationi contra scandalum nolentes acquiescere auctoritate christi in euangelio asserit esse cecos. Quapropter si tales tanquam ceci de factorum coloribus superficie apparentibus sinistra iudicent que tamen laudabili interno conscientie simul et superno dei testimonio non carent ipsorum iudicium minime est curandum. quis enim aliquando de sua physiognomia curare uisus est cecorum iudicium. Audi denique et illustrem jeronimum presbiterum. Per bonam inquit et malam famam a dextris et a sinistris christi miles graditur: nec laude extollitur. nec vituperatione frangitur. hoc ille. quasi dicat. propter vituperationem hominum a statu suo christi miles non deicitur qui ex sue militie dignitate non obstante hominum vituperio penes se habet saltem certa uerba consoletur. Quippe christi miles ad imperium promouetur. A quo forsitan inquit. certe ab illo dicitur apostolus cui honor et gloria et imperium in sempiternum. Vbi dicitur ordinaris apparere cui. scilicet deo honor a creaturis et gloria in se. et impiis. quia omnia potest et hoc etiam suis dabit. et hoc in sempiternum

Capitulū septimū dicens dōlatōes sup iudicio singularitatis
 Ep̄imo post p̄missa ad dñam dōlatricem accessit et
 ali⁹ tristis ex eo turbat⁹ quia iudicabatur totus singu-
 laris cui mox illa p̄ cōsolatione de suis puellis dua-
 as associavit. **I. CONSIDERATIO.**

Prima puella sic ait. O amice. Cur de hoc verecundaris q̄ sin-
 gularis iudicaris. Cur dditionem phorescis. que cōuenit per-
 fectissimis. Nonne p̄fect⁹ fuit ille cui⁹ in persona scriptura dicit⁹
 singulariter sum ego donec transeam. Nonne p̄fecta fuit illa p̄ee-
 lecta virginum regina de qua non ad vituperium. sed ad magnuz
 p̄coniu⁹ sic canit dulcitur mater ecclesia. Virgo singularis inter
 om̄s mites nos culpis solutos mites fac et castos. vitam p̄esta pu-
 ram. Ecce q̄ ip̄a nedum singularis p̄dicatur. sed et singularitas
 ab ipsa postulatur dum cantatur. Vitam p̄sta puram. quippe vita
 pura est vita singularis utpote immunis ab illa mali pluralitate
 qua dicitur q̄ maluz est ut i plurib⁹. Sane is vere reputād⁹ est sin-
 gularis nō qui discrepat ab alijs in conditionib⁹ bonis. s̄ qui ex-
 cedit alios in bonarum dditionum gradib⁹ magis approbatis. ut
 qui magis alijs est sedul⁹ in studijs lectionū. magis frequens ali-
 is in exercitijs sanctarum meditationū et orationum. qui alios ex-
 cedit in promptitudine obedientie. in obseruātia rugularis vite et
 discipline. ac in omni mox honestate. Si p̄sona talis mox discre-
 pat ab alijs quib⁹ collegio sociatur q̄n quemadmodū vir ille sapi-
 ens catho. Animaduertit q̄ plurimos grauiter errare in via mox
 illi⁹ singularitas merito debet ab omnib⁹ approbari.

II. CONSIDERATIO.

Secunda puella sic ait. Karissime si vitam habere iudicaris que
 ad ambulādū in via dei et ad seruiendū ei ē maxime eligenda.
 tur de hoc turbaris et n̄ poti⁹ dōlaris. Nec est p̄fecto vita singu-
 laris. Nempe dei in persona dicit psalmista. Ambulans in via im-
 maculata b̄ mihi ministrabat. sed hec via dei immaculata non est
 vita dmanis. quippe dñe et immundum qd̄ immaculatum dici nō
 potest. vidēt⁹ in scripturis censerī synonima iuxta illd̄ verbū petri
 nunq̄ manducaui dñe aut immunduz. Nam et econtra sequitur. et
 vox ad eum qd̄ deus purificauit id est mundum fecit tu ne dñe di-
 xeris. Igitur ad ministrandū deo in via immaculata. i. munda vi-
 ta seu via cōmunis non est eligenda. sed magis semita singularis.
 quemadmodum enim rectiores sunt semite q̄ via dmanis q̄ contin-
 git sepi⁹ multum circuire. Ita et in via mox in circuitu impij am-
 bulant. sed nō sic illi qui tan p̄ sapientiores semitam vite singula-
 ris p̄pter rectitudinem ei⁹ amant. Vñ et hanc sapiens filiū suuz te-
 nere voluit cum dicebat. Viam sapientie monstrabo tibi et ducam
 te p̄ semitas equitatis. i. rectitudinis quas cum ingressus fueris n̄
 artabūt⁹ gressus tui et currens nō hēbis offendiculū. P̄ijs deo dat

plane contra omnem viam seu vitam salubre illud consilium illustris jeronimi ex verbis pictagoze sumptum per viam inquit dominus ne ambules ne multorum sequaris errores. Quapropter relinquitur vitam singularem tanquam semitam equitatis communis vie obliquitatem declinantem atque ita ad salutis terminum rectam et brevem dirigentem esse magis eligendam.

Capitulum octauum continens consolationes eius qui simplex et factus reputatur.

Octavo post premissa ad dominam consolatricem prudentissimam accessit et alius tristis conquerens se simplices et et factum reputari cui illa pro consolatione de suis puellis septem deputavit.

I. CONSIDERATIO.

Prima puella sic ait. **O** amice de simplicitate non doleas. **N**escis quod in mari nauigantes directorijs quibusdam solent uti. **S**ed et hijs qui in via sunt constituti in qua errant plurimi necessarium est aliquo dirigi. **Q**uid ergo. profecto ex patriam existentes in hoc mundo sumus quasi in mari magno et percelloso in quo multos contingit mergi spiritualiter et submergi. **S**ed et in via morum plurimos errare grauius prius asseruit neptis mea. **D**irectorio igitur indiget homo etiam iustus utraque ratione. **V**is scire quid sit illud. certe ipsius iusti simplicitas. **A**udi salomonem. **S**implicitas inquit iustorum dirigit eos. **E**x quo sequitur correlarie eodem dominus. qui ambulat simpliciter. ambulat confidenter.

II. CONSIDERATIO

Quartodecimo post premissa ad dominam consolatricem illustrissimam accessit et alius tristis super materia premissi si capituli desiderans sibi consolationem impendi. huius rei gratia illa sibi de suis puellis tres satis idoneas assignauit.

I. CONSIDERATIO.

Prima puella sic ait. O karissime ad quid abhorreres malorum oblocutiones detractones et infamationes presertim falsas. Cur hac in materia tibi non sufficit quod dulcis pater clareualles sufficere docuit. Bona inquit consolatio cum et blasphemamur a malis beneficientes si recti diligunt nos. omnino sufficit aduersus omnes loquentium ini qua opinio bonorum cum testimonio conscientie. Hille presertim. Nec mirum quod sic dicit. Si enim recti diligunt nos sequitur quod et laudant quippe ex abundantia cordis omnes loquitur. Laudant autem nos et ipsi mali dum obloquuntur detrahunt vel infamare satagunt. Ut enim ait illustris Seneca. Malis displicere laudari est. Rursus si recti diligunt nos sequitur quod et bonum nostrum desiderant et exoptant. Sed quid. Certe non est verisimile omnino tale desiderium frustrari. quin immo potius desiderium suum iustis dabitur teste salomone. Sufficiat ergo ut dicit pater si recti seu iusti diligunt nos et bona de nobis opinentur cum testimonio conscientie. Nam ut etiam salomon ait securam mens quasi iuge conuiuium.

II. CONSIDERATIO.

Secunda puella sic ait. Nonne merito in eo consolaberis o amice quod teste veritate in re vel in spe constat beatitudinem esse ac per hoc gaudium inducere exclusiuus tristitie. Sic omnino. Sed quod profecto in premissa materia tristabili constat teste veritate in re vel in spe beatitudinem consistere. Ipsamque per consequens nata esse

9

gaudium inducere. Dixit namque dulcissimus magister dilectis discipulis. Beati estis cum maledixerint vobis homines et dixerint omne malum aduersum vos mentientes propter me. Gaudete et exultate quoniam merces vestra copiosa est in celis. **H**ec dixit. et certe iam dilectos sibi non fefellit et existens veritas fallere non no-
uit. **E**cce igitur cum inquit maledixerint vobis homines et sic in persona ipsorum consolatur etiam alios sustinentes maledictiones non ab uno tantum sed illatas a multis. **I**tem dicit et dixerint omne malum aduersum vos et ita nullum excipit genus infamationis. addit autem mentientes et sic consolatur potissime innocentes. quibus quidem hec pati signum est sue predestinationis quoniam merces copiosa eos manet in celis. **D**icit autem principio. Beati estis scilicet in presenti quia qui sunt eiusmodi presentem seu parum distantem causam habent beatitudinis sue. vel sic dicit quia nunc beati sunt in spe qui post modicum nunc censendum erunt in re. nec minus potest verbum magistri ad dilectos importare. **S**pes autem est certa expectatio future beatitudinis. **O**portet ergo gaudendum hac incerta expectatione. spe inquit apostolus gaudentes. propter quod et ipse magister admonet dicens. Gaudete et exultate. quando antea **H**oc alio in loco manifestat. Gaudete inquit in illa die et exultate. id est in illa die qua dixerint homines omne malum aduersum vos vel in illa die id est in illa illustratione qua certificati estis qua non quasi in incertum curritis. sed certitudinaliter si non ponatis obicere mercedem in celis copiosam expectatis. **III. CONSERVA.**

Tercia puella sic ait. Nonne prius karissime que bona humilia-
tionem consequantur didicisti. quoniam enim multa sunt et magna. **I**dcirco de obrectationibus non turberis cum per illas deo ordinante utiliter humiliaris. **V**is hoc scire. **A**udi gratianum gratiose loquentem. **L**icet inquit detractio sit ex vitio detrahentium. tamen ex iusto dei iudicio nonnumquam aduersus bonos excitatur ut quos vel domestica presumptio vel aliorum fauor in altum extulerat detractio humiliet. **A**udi ad idem quod egregie locutus sit gregorius prout recitat in venerabili volumine decretorum. **S**unt inquit plurimi qui vitam bonorum fortasse amplius quam debet laudant et nequa elatio de laude subrepat permittit omnipotens deus malos in obrectationibus et obiurgationem prorumpere ut siqua culpa ab ore laudantium in corde nascitur. ab ore recuperantium suffocetur. **H**inc est quod doctor gentium se in predicatione currere testatur inter infamiam et bonam famam. **Q**ui etiam dicit ut seductores et veraces.

Capitulum decimumquintum continens consolationes super accusationibus et criminationibus super maledictionibus et conuitiis super impactationibus insultationibus et blasphemijs et super vituperijs obprobrijs siue concumelijs.

Quintodecimo post premissa ad sepedictam dominam consolatricem accessit et alius tristes super turbatiuis premissis capitulo expressis querens consolari. cui illa eiusdem gratia propositi septem de suis puellis ad iunxit

I. CONSIDERATIO.

Prima puella virum tristem aduertens esse criminaliter accusatum et ob hoc multum conturbatum sic ait. Cur turbaris et non potius gratularis propter hoc quod christi comunicas passionibus. quippe in sua canonica petrus ait. communicantes christi passionibus gaudete ut in reuelatione glorie eius gaudeatis exultantes. Sed quid. Certe christus passus est multipliciter accusari. Audi super hoc euangelistam marcum. Summi inquit sacerdotes cum senioribus et scribis et vniuerso concilio vincientes ihesum duxerunt et tradiderunt eum pylato et accusabant eum summi sacerdotes in multis. Cur tu ergo accusari refugis quo potius patienter christi passionibus communicando gaudere et exultare poteris.

II. CONSIDERATIO

Secunda puella ad maledictiones respectum habens sic ait. O amice nequaquam de maledictionibus dolere deberes si ad ea attenderes que per consequentiam inferre posses. Quenam sunt illa forsitan dices. Ecce sunt bonum aliquod a deo recipiendum et superioritatis tue argumentum natum inducere gaudium. Vis scire quod bonum sequitur. Ecce habetur Regum libro quod quidam ipsi dauid cepit maledicere et post eum iacere. cui cum quidam de famulis dauid vellet amputare caput. Dixit ipse dauid. dimitte eum ut maledicat mihi et sequitur. respiciat me deus et reddat mihi bonum pro maledictione hac hodierna. Hec ibi ad quod propositum reuoca memorie verbum illud saluatoris ad discipulos. Beati estis cum maledixerint vobis homines etc. Ipsumque capiens iuxta neptis mee intellectum plane videtis quod maledictiones quas vir iustus patitur deo propiciante bonum mercedis sequitur copiosius. Porro vis scire quod et sequitur statim in presenti maioritatis argumentum natum inducere gaudium. Audi illustrem senecam. pariter et valerium maximum. Antitanes inquit cuidam dicenti sibi maledixit tibi ille. respondit non mihi inquit. sed illi qui in se quod ille culpam agnoscit. Sed et si mihi maledicere curet non curo quia auditus lingua debet esse robustior cum singulis hominibus lingue sunt singule. sed aures binae. aliquatenus tamen curo quia corpore me fateor esse superiorum. quia superioris persone usus est hoc pati. inferiori facere. gaudere itaque nisi urgente humanitate compaterer infelici.

III. CONSIDERATIO.

e

Tercia puella ad conuicia respectum habens sic ait. Cur conui-
tijs perturbaris quibus quidem laudari comprobaris. Nimi-
rum conuicia communiter homo patitur a malis. Sed qualiter ad
hec habere te debeas docet illustris seneca. Malis inquit displi-
cere laudari est. nullam auaricatem habet sententia ubi qui dam-
natus est damnat. male de me loquitur homines qui bene nesciunt
loqui faciunt non quod mereor. sed quod solent equo animo audienda
sunt imperitorum conuicia et ad honesta vadendi contemnendus
est ipse contemptus. Hec seneca. Dices forte timeo mihi obici pare-
tum vitia. Sed hoc curare homines virtuosum non oportet. Ut enim
traditur in venerabili volumine decretorum qui propria virtute de-
coratur parentum suorum vitijs non dedecoratur.

III. CONSIDERATIO.

Quarta puella tristitiam viri querulosi ex impactationibus pun-
gi-
tius insultationibus et blasphemijs puenire considerans sic
ait. Expediret tibi o homo minime querulari si tamen defectum tu-
um notabilem velles manifestum non fieri. quippe loquela tua i-
mo potius querela manifestum te facit. Iudicat quidem te igne di-
uini amoris seu igneo caritatis habitu fore denudatum. Nimirum
si quis vestitus esset ignea veste parum haberet timere muscarum tactum pugiti-
uum que nec ipsum auderent contingere. Sed quid. Defecto sicut
vere musce se haberent ad veram vestem si ignea esset. sic musce me-
thaphorice dicte ad vestem igneam acceptam methaphorice id est
ad habitum ignee caritatis se videntur habere. Ita scilicet quod hunc
habentem habitum presertim perfectum non videntur ad contristan-
dum contingere. Dices forte. que nam sunt iste musce methaphori-
ce. Defecto huiusmodi musce sunt impactationes que ad modum mu-
scarum sunt facis pungitiue. cuiusmodi etiam musce sunt insultatio-
nes et blasphemie. Audi patrem clareuallis sic eas appellantem.
Musce inquit morture miserie sunt. musce morture blasphemie sunt
musce morture insultationes sunt. Hec ille et bene dicit morture
tum quia blasphemie et insultationes huiusmodi bonis viris illate
sunt a cordibus hominum tanquam non credibiles cito transire. tunc
quia etiam una cum impactationibus si fiant sunt apud ipsos bonos
igne caritatis quanto magis consumptae.

V. CONSIDERATIO.

Quinta puella ad obprobria et vituperia siue ad contumelias
attendens sic ait. O amice cur de istis adeo perturbaris. qua-
si nescias cuius sint virtutis. Nimirum huiusmodi sunt medicamen-
tum. tutamentum. bonitatis augmentum. sunt et ornamentum. Vis
scire quod sint medicamentum. Audi patrem clareuallis. Ego inquit
plagis conscientie mee nullum iudicio accomodatius medicamen-
tum obprobrijs et contumelijs. Vis scire quod sint tutamentum. Audi

sanctissimum patrem gregorium. **E**it inquit ut contumelijs gratia magis q̄ ira debeatur. quarum interuentu de iudice pena grauior declinari posse confiditur. **V**is scire q̄ sint bonitatis augmentum. **A**udi eundem itidem licet non ibidem. **B**oni inquit per contumelias meliores existunt. **D**eniqz vis scire q̄ sint etiam ornamentum. **E**cce contumelie et obprobria h̄m̄oi sunt secundum iohannem os aureum. quibus iniuste passis si non indigemus in remissionez peccatorum p̄pter ipsa coronabimur clarioribus coronis. quippe cōtumelia est sicut preciosus lapis in corona hominis. qui hui⁹ est nature et virtutis. q̄ facit in deo solide manere ubi homini est optime. **A**udi de hoc gregorium egregie loquentem. **I**ustus inquit miranda agit et obprobria recipit. ut qui exire foras p̄ laudes potuit repulsus contumelijs ad semetipsum redijt. et eo se robusti⁹ intus in deo solidat. quo foris non inuenit ubi requiescat.

VI. CONSIDERATIO

Sexta puella sic ait. **O** karissime **C**ur tristis es ob contumelias. **A**pter confusionem forsan inquires et glorie mee diminutionez. **N**on recte certe iudicas contumelijs ad augmentum glorie cōferentibus. sed patienter sufferentibus. **N**onne eniz id ad glorie cōfert augmentum. quod confert ad nomen gloriofum. **P**uta ad nomen sapientis vel ad nomen phi. nomen quidem apud veteres admodum preciosum. **V**nde et boetiana consolatrix per contrarium narrat quomodo quidam contumelias impatienter ferendo huic nomini notabiliter derogabat. dicente eo contumelias inferenti. **I**ntelligis me esse philosophum. cui ille nimium mordaciter. **I**ntellexeram inquit si tacuisses. cuius rei series per neptem meam superius perfectius recitatur.

VII. CONSIDERATIO.

Septima puella sic ait. **D**ic queso mihi. **E**st ne de illo tristandū quod apud sapientissimos hominuz constat fuisse materiā gaudiorum. **N**equa q̄ inquires. si tamen et tu fueris de numero sapientum. **S**ed quid profecto cui sapientiaz esse patris appropriatur. illi⁹ apostoli tanq̄ ab eo ad ardua operandam. in mundum vniuersum missi. viri fuerunt sapientissimi. **Q**uippe de eisdem cantamus. **S**apientiam sanctorum narrant populi et laudem eorum nunciat ecclesia. **Q**uid ni sapientissimos dixerim qui tot terrarum climata peragrarunt. regesqz et regna conuerterunt. et magistro suo et domino christo subiecerunt. **S**ed quid de istis. **N**onne eis dignum esse contumelias pati materia fuit gaudij. **C**erte sic. **A**udi quid de hoc lucas referat de illis loquens. **I**bant inquit gaudentes a conspectu concilij. qm̄ digni habiti sunt pro nomine ihesu contumeliam pati. **D**igni inquit et quare. **V**ere proorsus magna dignitas ipsos pre multis ad hoc electos esse. ut mundi sapientiam transcendentes facti stulti p̄pter xp̄z toti mūdo illuderent quib⁹ dign⁹ n̄ erat mūdo⁹

Capitulum sedecimum continens consolationes super carentia pulchrarum rerum ad ornatum pertinentium puta anulorum gemmarum et hmoi siue sup carentia ipsius ornatus in genere in hmoi rebus consistentis.

Extodecimo post premissa ad dominam cōsolatricem supradictam accessit et alius trillis sup carentia premissa capitulo expressa desiderans consolationem recipere aliqualem. cui illa huius rei gratia de suis puellis nouē deputauit.

I. CONSIDERATIO.

Prima puella sic ait. O amice cur gloriari queris in gemmis. Eo te respondebis q̄ ratione mire pulchritudinis in eis consistentis quo pacto per eas gloriosus fieri credens et ammirabilis doles amissis et letaris retentis. Sed quid. Certe pulchritudo gemmarum non est digna. q̄ de illa mireris vel q̄ doleas amissis et letaris retentis. Nimirum per eas non redderis pulcher gloriosus et admirabilis. Audi boetianam cōsolatricem. An inquit gemmarum fulgor oculos trahit. Sed siquidem est hoc splendore precium gemmarum est lux illa non hominum. quas quidem mirari homines vehementer amiror. Quid est carens anime motu atqz compage qd̄ animate rationabiliqz nature pulchrum esse in re videatur. que tā et si conditoris opera sui qz dist^one postreme aliquid pulchritudinis trahunt infra nostram cum excellentiam collate admirationem nostram nullo modo merebantur. sequitur celum sydera lunā solemqz miramur. Num te horū aliqd̄ attingit. Num audes alicuius talium splendore gloriari. An vernis floribz ipse distingueris. qd̄ inanibz gaudijs rapis. Quid externa bona p̄ tuis amplexaris. Nūquit tua faciet esse fortuna que a te natura rex fecit aliena. Ex quibus omnibus nihil horum que tu in tuis computabas bonis tuis esse liquido monstratur. Quibus si nihil inest appetende pulchritudinis. quid est q̄ amissis doleas vel letaris retentis. Q̄ si natura pulchra sunt quid id tua refert. naz hec per se a tuis quoqz operibus sequestrata placuissent.

II. CONSIDERATIO.

Secunda puella sic ait. Cur ornari queris rebus aureis atqz gemmis in iniuriam tui conditoris. An nescis q̄ iniuriarū digne vīdicandaz optimo faceret artificii qui presumeret ad eius opus pulcherrimum et exquisite factum emendandum conari. Eatearis h^o necesse est. Sed quid. Profecto homo ab optimo factus est artifice atqz ei quodammodo consimilis mente. Ad ymaginem quippe dei factus est homo. est autem et menti corp^o adaptatum in debita p̄positione. a qua quidem discreparet si quicq̄ ei ornamentis maxime rerum infimarum superaddi contingeret. Nonne ergo omnipotentis artificis vindictam melius esset non mereri q̄ cum eius iniuria

quibusuis velle ornamentis emendari. Hanc reuera iniuriam deo non faciunt alia quecumqz animalia. que illa quā a dditore habēt pulchritudine sunt contenta. Num leonem vidisti regem alium se coronantem rosis. Num aquilam se ornantem gemmis. forsitan faceret symia que hoc didicisset ab hominibus fatuis qui et ipsi symie sua assimilantur fatuitate. Audi illam industriam Boetianam consolatricem. Alia quidem inquit sui contenta sunt. Vos autē deo mente consimiles a rebus infimis excellentis nature ornamenta captatis. nec intelligitis quantam conditori vestro faciatis iniuriam. Ille genus humanum terrenis opibus prestare voluit. vos dignitatem vestram infra infima queqz detruditis. hec illa consolatrix.

III. CONSIDERATIO.

Tercia puella sic ait. Cur reb9 quis ornari nature tue extraneis auro scilic3 siue gemmis. An nescis stultum esse conari ad impossibile. Porro q' de talib9 que dicte sunt rebus ornari sit impossibile. Si scire velis. Audi p'efatam boetianam consolatrice3. Qm̄ inquit late patet vester hic error qui ornari posse aliquid ornamentis existimatis alienis. At id fieri nequit. Naz siquid ex appetitis luceat. ipsa quide3 que sunt appositā laudant. Illud vero hijs tectū atqz velatum in sua nihilominus feditate perdurat. hec illa.

III. CONSIDERATIO.

Quarta puella sic ait. Cur auro et gemmis ornari desideras. Eraras omnino. desiderium quide3 omne nō nisi boni potest esse. Omnia nanqz bonum appetunt secundum mundi sapientem. qsi n̄ verum. apparens autem bonum fuerit. constat q' erratur. At vero si scire volueris aurum atqz gemmas possidere vere bonum nō esse. Audi gnatam inter bonum et malum discernendi boetianam cōsolatricem. Ego inquit nego vllum esse bonum quod noceat habenti. Num id mentior. minime inquires. atqz diuitie possidentib9 per sepe nocuerunt. hec illa. que quia id deducit de auro et gemmis ad diuitias pertinentibus per hoc q' hec adeptus desistit esse securus. Idcirco sequenti metro sic dicit exclamando. Heu primus q's fuit ille auri qui pondera tecti. Gemmasqz latere volētes preciosa pericula fodit.

V. CONSIDERATIO.

Quinta puella sic ait. Tu cuius desiderium in corporeis fertur ornamenta cur non potius curas q' ornatur tota tua persona que p'fecto eo ornatum perdit quo se corporaliter ornare querit. Audi archiantistitem ambrosiuz. neglecta inquit decoris cura pl9 placet. et hoc ipsum q' nos non ornamus ornatus est. hec ille. Sed quid. Nonne econtra hominis persona ex corpore cōsistēs et aīa suū p' hoc p'dit ornatū q' studet ornare corp9 suū. Cer te sic. Audi illū cyprianū d' ornatu corpis loquētē et i' p'ditōz ornat9 p'sone referētē. Auro iqt et moilib9 adornate ornāta m̄is et corpis p'diderūt.

e⁹

Sed quo pacto forsitan inquires. Ecce si mens esset ornata virtutibus cum illa. ut forma sit tota in qualibet parte corporis una cum suis accidentibus sequeretur mediante ea eisdem virtutibus ornatus esse et corpus. quemadmodum cuidam saluator ait. Si oculus tuus fuerit simplex totum corpus tuum lucidum erit scilicet luce domine simplicitate seu puritate mentalis oculi scilicet pure intentionis communicata mediante ea. vel insensibiliter ipsi corpori. perditio igitur cultus mentis. perditur mediante ea prius habitus etiam cultus corporis. Sed quid. Certe curare nimium de corporis ornatus est argumentum perditum esse ornatum mentis consistentem in virtutibus. Sic namque dicit pater clareuallis. non tanto curaretur corporis cultus. nisi prius neglecta fuisset mens inculta virtutibus.

VI. CONSERVATIO.

Sexta puella sic ait. Cur homo tantum curas de ornatu corporis per quod teipsum vel principale tuum seruam facis. te quidem demonum. principale autem tuum id est hominem tuum interiorum corporis seruam. Vis scire de primo. Ecce ex dicto magni patris in volumine decretorum recitato aperte colligitur quod ornatus meretricis non est ad placendum hominibus supple tantum. sed ad seruandum demonibus. Porro quod homo se ornando corporaliter presertim nimis studiose principale suum. id est hominem interiorum corporis seruam faciat patet. nam qui seruit corpori. seruus est corporis. sed non principale hominis seruit corpori quando sic ei intendit quod multum studet eius ornatus. certe sic. tunc enim ad ipsum sic se habet sicut ancilla dominam suam ornans vel sicut seruus dominum suum armans. Certe non est hec mutatio dextere excelsi. sed dyabolici consilij quo de domino fit seruus. et de seruo dominus. O homo interior cui natura dedit dominum esse scilicet actuum tuorum. cur teipsum negligis. et non te. sed corpus quod iure seruus est. preciosius te ornare conaris. quo non sicut dominus corporis. sed ut seruus eius operari videris. et dominio priuaris.

VII. CONSIDERATIO

Septima puella sic ait. O karissime. si quis sciret ornatum suum esse venenosum et simul multos occidere natum nimium crudelis esset si non postponeret ipsum. Sed quid. Profecto tam viri quam mulieris ornatus est utriusque venenosus simulque multos occidere natus. et esto quod inde nullum sequatur damnum. per eorum tamen meretur quis eternum supplicium. Audi de hoc venerabilem jeronimum Si inquit vir vel mulier se ornauerit. et vultus hominum ad se peruocauerit. et si nullum inde sequatur damnum. iudicium tamen patietur eternum. quia venenum attulit si fuisset qui biberet. hec ille.

VII. CONSIDERATIO

Octava puella sic ait. Nescis homo egregium verbum gregori in decretorum venerabili volumine recitatum. Nichil inquit fulget in episcopali ceruice splendidius quam humilitas. Hoc ipso ergo pro episcopus et pari modo etiam alius exteriori ornatu qui superbiam natus est inducere superbire incipit. ornatum humilitatis perdit. Itaque iuxta premissam auctoritatem decreti. eo perdit ornatum excellentiorem et fulgentiorem quo querit habere inferiorem. scilicet exterioriorem. et nonne hoc stulticie est vel melius dicam insanie. cum non concordet sane doctrine que longe lateque inuenitur tamen in canonis quam in canonicis scripturis de ipsa humilitate hominem perornate gratumque et gratiosum ipsum faciente. Nimirum homo humilis gratus est humilibus ratione similitudinis. gratus quoque est superbis. eo quod non resistit ipsis.

VIII. CONSIDERATIO.

Dona puella sic ait. Tu cuius desiderium non in anime. sed in corporis fertur ornamenta. contra te militat per sororem meam superius recitata venerabilis jeronimi auctoritas qua dicit. Non mediocriter errant qui magno bono preferunt mediocre bonum. Sed quid. Nonne magna bona sunt anime ornamenta. respectu quorum haud dubium ornamenta corporis nec mediocria bona dici possunt hinc est quod corporis ornamenta nequaquam sunt ornamentis anime preferenda. sed bene econtra. Quemadmodum fecit beata agnes que cum preciosissima corporis ornamenta a prefecto filio sibi oblata quasi stercoza refutasset. et ipse multo maiora promitteret. tale ferret ei dedisse responsum. Discede a me pabulum mortis. Quia ab alio amatore preuenta sum. et hec dicens de christo intendebat. De quo ratione ornamentorum anime metaphorice expressor. teste sua historia sic dicebat. Anulo suo subarravit me et immensis monilibus ornauit me dexteram meam et collum meum cinxit lapidibus preciosis. tradidit auribus meis inestimabiles margaritas. et circumdedit me vernantibus atque choruscantibus gemmis hec illa intendens anime ornamenta pro ornamentis corporis spectans a christo accepta esse immensa et inestimabilia. et quasi respectu ornamentorum corporis infinita. Quippe ornamenta illa licet secundum metaphorarum communicent in vocabulis cum ornamentis corporis. tamen quia hoc fit cum additamento infinitatis et inestimabilitatis admirabiles et corporalibus rebus incomparabiles signant perfectiones. Anulus nempe signat fidem seu fidelitatem diuini spiritus salicij. Monilia salutaria monita luciflua commendata peccatori. Lapidibus preciosi diuerse virtutis. varietatem virtutum ad dexteram recte operationis et ad collum erectum recte ad caput christum intentionis conferentium. Margarite perlucide pure inspirationis verba denotant ad aures interioris auditus perficiendum. Sed gene

vernantes atq; choruscantes vno in loco signat florem virginitas
tis et splendidam virtutem humilitatis secundum patres clareual
lis. qui et alio loco de humilitate loquens. Nulla inquit splendi
oz gemma in omni precipue ornata summi pontificis. Dic ergo q̄
so nonne hec anime ornamenta sunt corporis ornamentis quibus vo
ce similibus preferenda et preeligena. Sunt omnino. Presertim
cum hec spiritualia vel non simul simpliciter vel non eque perfe
cte cum ipsis corporalibus haberi possint. quin immo ut premitte
teste cypriano auro et margaritis et monilibus adornate ornate
ta mentis et corporis perdidit.

¶ Capitulum decimumseptimum continens consolationes super ca
rentia ornatus vestium et super confusione et verecundia rone vi
litate earum.

Tercio septimo post premissa ad principalem consola
tricem accessit et alius tristis querens super carentia
et confusione premissis capitulo expressis consolari.
at illa eidem tres de suis puellis eiusdem consolatio
nis gratia deputavit.

I. CONSIDERATIO.

Prima puella sic ait. Nonne bona est consolatio coram iudice
non habere testem contra se de vitio vel de crimine. Sed quid
Certe non est vnus tm iudex hominis. immo tot sunt iudices quot
intuentes coram quibus ornatu carens. caret teste contra se de vi
tio vanitatis. sicut econtra qui se notabiliter ornatur ipse contra se
ipsum predicti teste vitij sibi parat. ut patet per doctores sanctos
contra ornatum vestium predicantes seu scribentes. Audi super h
sanctissimum patrem gregorium. Q̄ inquit pro sola inani gloria
vestimentum preciosius queritur res ipsa testatur. quia nemo vult
ibi preciosis vestib; indui. ubi ab alijs non possit videri. Audi ad
idem etiam patrem clareuallis. Vanum inquit cor vanitatis notis
ciaz ingerit corpori et exterior superfluitas interioris vanitatis iu
diciū est. mollia indumenta animi molliem iudicant.

II. CONSIDERATIO.

Secunda puella sic ait. O si adhuc verba sanctorum audires ea
q; ordinata voluntate caperes nequaquam de ornatu vestium tm
curares. Ecce enim ex verbis magni patris augustini in decretor
libro sic legitur. Verus ornatus maxime christianorum et xpianar
rum nullus fucus mendax vestisq; pompa. s; mores boni sunt. h
autem ex verbo pro certo sequitur q̄ vlt non creatur de ornatu xp
anor vel de non vero. quando queritur pompa seu resplendentia
vestimenti et negligunt mores boni. Si ḡ d̄ nō vero es. dicitur. tūc vi
ct; vtiq; nec magnanim; nec ornatus es. Sicut em̄ non ver; ignis
nō est ignis. ita nō ver; cult; n̄ est cult;. quēadmodū ecōtra dicit
magn; p̄r Neglecta mūdiciē. et iculta vestis. cult; ipse sine culta

7

Nimirum hic cultus sine cultu consistit in bonis moribus non in re splendens exterioris vestitus. Sane licet boni mores etiam exteriores ornent hominem plurimum. magis tamen ex quibus procedunt. scilicet interiores virtutum habitus. Hinc namque psalmista ait. Ois gloria filie regis ab intus in fimbrijs aureis circumamicta variatibus. Nimirum filia regis est anima deuota que nedum creatione. sed et casta generatione cum caritate est regis seculorum filia. Vnde absit huic gloriari in vestimentis forinsecus splendidis. sed ab intus in fimbrijs aureis id est finibus virtutum excellentibus ipsarumque variarum virtutum circumamicti varietatibus.

III. CONSIDERATIO

Tercia puella sic ait. O si scires homo quantum ipsis angelis deoque placet vile vestimentum minime curares tibi comparare ornatum. Quod enim angelis placeant vilia vestimenta et ad eos libentius declinent qui habent ea. hoc dulcis pater clareuallis nobis hunc in modum manifestare curauit. Quoniam multa inquit ipsa die natiuitatis dominice gemmis et auro fulgent altaria. quantum ubique pallis adornantur parietes. putas ad hec angeli diuertent et pannosos declinabunt homines. Si ita est. cur magis apparuerunt ouium pastoribus quam regibus terre templique sacerdotibus. Non igitur oportet confundi. non oportet erubescere si contingat hijs pannosis quos angeli visitant vilitate vestium assimilari. immo et ipsi regi. ubi est inquit magi qui natus est rex iudeorum. Sed de hoc rege. immo de mundi saluatore post premissa sua verba subiungit pater clareuallis. Cur inquit et ipse saluator cuius est aurum pariter et argentum sacram in suo corpore paupertatem dedicat. Aut certe cur ipsam tam sollicito paupertatem angelus enarrat. Hoc inquit vobis signum inuenietis infantem pannis inuolutum etc. Sed quid nunquit pannis de serico vel de auro formatis. certe nequaquam hoc credendum est. sed probabiliter ut per neptem meam infra patebit. de pannis huiusmodi in quibus ipse pastor omnium pastores dilexit tanquam sibi similes ratione dicte pannositatis.

Capitulū decimumoctauū dicitur consolator super carentia solennis habitationis et ornate suppellectilis. ac super carentia familie ad honorem facientis

Decimo octauo ad dominam consolatricem principaliter accessit et alius tristis. querens consolari super carentijs premissis capitulo expressis. cui illa mox de suis puellis quatuor assignauit.

I. CONSIDERATIO.

Prima puella ad habitationem respiciens sic ait. Quis peregrinus nisi vel proesus stultus in terra peregrinationis sue curaret

27

sibi de habitatione solenni prouidere et se per hoc de picturis et sculpturis ac alijs ornatib⁹ sollicitando citra et extra suam patriā notabiliter arrestare. **E**sset hoc p̄ certo nimis fatuuz quod et merito secundum sanctos viros inuenitur reprobatur. **D**ices forte h⁹ non videtur. **N**am templum salomonis fuit pulcherrimum atq; per omnia sumptuosum. cuius edificia hodie sunt in memoria tan q̄ laude digna. **V**erum dicis. sed tu erras in cōsequētia. **A**udi venerabilis jeronimi sententiam libro decretorum inductaz. **H**ic em̄ pater venerandus non solum secularia et prophana edificia reprobat. sed etiam sacra vel sacrandā dicens sic. **M**ulū edificant parietes marmora nitent. auro splendent laquearia. gemmis altare distinguitur. et quia hoc dicit detestando. ideo subiungit dicens. **N**e q; mihi aliquis opponat diues in iudea templuz. mensaz. lucernas turibula. patellas. ciphos. mortariola. et cetera ex auro fabricata tunc h̄ probabantur a domino quādo sacerdotes hostias immolabant et sanguis pecudum erat remissio peccatorū. quanq̄ hec oia p̄cesserint in figura. scripta sunt autem propter nos. in quos fines seculozum deuenerunt. **N**unc vero cum paupertatez dom⁹ sue pauper domin⁹ dedicauit. **D**ortemus crucem et diuitias lutuz putemus. **H**ec ille venerandus. **N**on igitur curemus ut diuitie appareant in habitationibus nostris. si lutum sunt putande. quis enim vellet de luto gloriari. aut de luteis edificijs reputari gloriosus.

II. CONSIDERATIO

Secunda puella sic ait. **N**escis tu q̄ angelis suis deus mandauit de te ut custodiant te in omnib⁹ vijs tuis. quibus scilicet peregrinaris a domino. **I**n vijs inq̄. **N**unquit non et in hospitijs tuis proprijs. **C**redo plane q̄ sic. si tamen sint humilia. **S**i vero alta sint et nimis sumptuosa dubium esse poterit. qualia vel ratione dubij huiusmodi sunt vitanda. **N**e scilicet angeli hominem vel pro tempore quo ad loca vel quo ad preservationem a pena vel a culpa derelinquant. **D**eo dubio huiuscemodi reuoca ad memoriaz verbum patris clareuallis per neptem meam prius inductuz. **Q**m̄ multa inquit ipso die natiuitatis dominice gemis et auro fulgent altaria quantum ubiq; pallis adornantur parietes. **D**ucas ad hec angeli diuertent. si ita est cur magis apparuerunt ouium pastoribus q̄ regibus terre templiq; sacerdotibus. hec pater ille. et ecce cum de habitatione dicamus domino in collecta. **A**ngeli tui sancti habitantes in ea nos in pace custodiant scilicet contra insidias inimici. de quibus premititur si nichilomin⁹ dictus pater dubitat an angeli diuertant ad huiusmodi sacra loca excessiue ornata. quantum tunc poterit esse dubiuz. an ipsi angeli custodes hois ipsum custodiendum comitari dignentur ad alta edificia vana pariter et prophana. **Q** si angeli sancti ibi non fuerint patebit inhabitans iuxta prememoratam collectam insidijs inimici.

7

III. CONSIDERATIO.

Tercia puella ad ornatum attendens suppellectilis sic ait. Illis merito debemus carere que sanctorum digna sunt reprobatione. Sed quid. Profecto suppellex preciosa a sanctis reprobatur. Audi de hoc doctissimumque insignem jeronimum Inter sericum inquit et lintheamina quibus videris fulgidus et formosus intellige te nudum confisum sordidum mendicantem. hec jeronimus. Et nota quod dicit nudum id est sine habitu virtutum confisum. i. sine integritate spiritus. sordidum scilicet stercoreibus. de quibus dicit paulus. omnia arbitror ut stercorea mendicantem. scilicet a vermibus sericum. ab agro linum. a filatricibus et textricibus pannum lineum. Sane si suppellectilem preciosam et ornatum haberes qua credulitate posses de illa gloriari. Videns multitudinem pauperum copiosam et non deficientem. quippe pauperes inquit christus semper habetis vobiscum. Exemplum potius attendere deberes sancti viri beati dominici. de quo adhuc seculari et iuvene existente legitur quod dum illo in tempore quo palentie studuit fames inualesceret videris libris et suppellectili quam habebat omnia in elemosinam est largitus.

III. CONSIDERATIO.

Quarta puella ad carentiam attendens familie sic ait. Cur confusione et verecundie rubore confundaris propter carentiam familie ad honorem reputas facientis. Audi boetianam consolatrice te vel in parte consolantem. An vero inquit te longus ordo familiarum facit esse felicem qui si vitiosi moribus sunt perniciose domus sarcina et ipsi domino vehementer inimica. Sin vero probi quomodo modo aliena probitas in tuis numerabitur operibus. hec illa. Porro si aliena probitas in alicuius opibus non est numeranda. multo minus in eius gloria pro tollenda confusione et verecundia ex carentia familie habita. Denique quo carentia familie magis est in gloria. eosaltem quem humiliat. constituet apud superiores in maiori gloria. quippe ut ait eliphaz themanites. qui humiliatus fuerit erit in gloria.

Capitulum decimumnonum continens consolationes super confusione habitis et specialiter ratione incarcerationis vel illationis alterius pene confusibilis aut etiam turpis mortis.

Decimonono post premissa ad predictam dominam consolatricem accessit et alius tristis querens consolationem recipere tam super confusione in genere quam in speciali super confusione premissa capitulo expressis cui mox illa domina huius rei gratia de suis puellis tres prodoneas assignavit.

I. CONSIDERATIO.

Prima puella contra confusionem in genere sic ait. *O* amice d' confusionem patientibus. *A*udi verbum psalmitae. *A*mples inquit facies eorum ignominia. et querent nomen tuum domine. Confusio ergo seu ignominia ad querendum nomen domini occasio est siue causa. *Q*uod inquires nomē. *C*erte nomen eius ihesus. qđ pfecto adeo est dulce qđ remedium est ignominie utpote faciens hominem confusionis. et ignominie amaritudinem non sentire p sua dulcedine. *M*irum secundum dulcissimum illum patres clareualis. *I*hesus est mel in ore. melos in aure. iubilus in corde. *D*enique non est tristandum de confusione. nisi dumtaxat peccatū adducēte. *O*mnis enim alia quia hominem humiliat gloriā adducit. qđ pe ut soror mea prefata est. qui humiliat⁹ fuerit erit i gloria. *H*oc autem de confusione directe alter ihesus filius syrach diuisione per immediata aperte innuit. *E*st inquit confusio adducens peccatū. et est confusio adducens gloriā et gratiam. dicit gloriā et addit gratiam. quasi dicat. est adducens gloriā quaz consequit⁹ non liuor vel inuidia sed fauor et gratia.

II. CONSIDERATIO.

Secunda puella confusionem incarcerationis vel alterius pene confusibilis attendens sic ait. *O* homo pena tua aut illata est sine culpa. aut p vera culpa. *S*iquidem sine culpa. o quantā laudem hoc meretur. *A*udi magnum patrem *A*ugustinum. *N*on ita inquit laudam⁹ ioseph cum frumentum distribuebat sicut cuz carcerem habitabat. hec pater ille. nec est mirum dictu. malum enim confusionis apud paucos presertim valore exiguos nequaquā tanti est quanti est ponderis bonū glorie apud multos viros gloriosos. *S*ed quid. *P*rofecto esto qđ omnes mortales confusionem pene sine culpa illate nescirent esse illatam sine culpa. minim⁹ hic esset numerus respectu immortalium apud quos innumerabiles pariter et gloriosos ipsi punito sine culpa gloria maxima deberetur. *D*oro si pena infertur etiam pro vera culpa. tunc est attendendum qđ nequaquā tristari habet qui per modicam penam maximam euadit. nec qui verecundiam maiorem per minorem. *A*udi quid ad propositū proclus quidam dicat. *N*eqz em inquit corpori secari solum et vri malum. sed languere sectione et vstione indigens. non ergo puidentie remissio est. sed intentio nondū puniri a puniente. recte etenim vere hec maxima punitio in malo manere impunitum. et siqz videre seipsum posset talē habitū habentem. tūc utiqz gemeret entem seipsum. *H*ec philosophus ille. sed quo ille gemeret si impunitum se videret. eo utiqz et intra se de se tali viso qđ de se punito magis erubesceret.

III. CONSIDERATIO.

Tercia puella turpis mortis confusionem attendens sic ait. *U*l turpis mors infertur ex condigno tunc utiqz iuxta precedentem procli sententiam minus est malum ea puniri q̄ impunituz remanere. *S*i vero bono viro et virtuoso inferatur. tunc amittit turpitudinis rationem. *A*udi super hoc et prosperum satis prospere concludentem. *N*on est inquit putanda mors mala quam bona processit vita. *A*udi quoqz et tullianam sententiam. *M*equa q̄ inquit viro forti turpis mors accedere potest. *D*eniqz secundum illustre Boetium omne quod recipitur per modum recipientis recipitur. *Q*uomodo igitur possibile erit bonum virum malam recipere mortem.

Capitulum viceſimum continens conſolationes ſuper verecundia et confuſione ratione ſterilitatis et generandi impotentie.

Uicesimo post premissa ad illustrem dominam consolatricem accessit et alia persona tristis super materia premissi capituli querens beneficium consolationis. *A*c illa eidem huius rei gratia de suis puellis illico duas adiunxit.

I. CONSIDERATIO.

Prima puella ad impotentiam viri tristis considerationem dirigens sic ait. *N*oli amice tritari. vel enim es impotens naturaliter vel talis factus maleficio. *S*iquidem maleficio quandam inferius neptem meaz visites et consolatione poteris reportare. *S*in autem naturaliter. nec hoc te debet ratione carentie liberorum perturbare prout per eandem neptem. ac etiam per alias prius tibi poterit declarari. *V*erum si ex hoc confunderis et fortassis eris mulieribus minus gratus. cogita illas esse meretrices et ipsarum favorem merito contemnendum teqz propter hoc apud personas sexus utriusqz sapientes et honestas minime esse confusum. qd̄qz nec curandum est fatuis displicere. *Q*si forsan uxore habeas que hac de causa contra te iudicialiter agat ad divorcium si pro ipsa contra te sententiatum fuerit reputa pro te notabiliter factum esse ut pote qui per hoc es a meretrice absolutus. *V*ere etenim felix est is impotentia que tibi potentiam tribuit ab uxore meretricula recedendi. *D*eniqz consideres q̄ devotionis gratia ac castitatis amore ut plurimi sancti viri seipso castrantes atqz utilitatis causa ut reginarum eunuchi per castrationem elegerunt fieri impotentes. et si natura hoc tibi dedit aliqua saltem intentione consimili poteris consolari.

II. CONSIDERATIO

Secunda puella sterilitatis obprobrii considerans sic ait. *O* bona amica cur turbaris cum rachele infecunda jacob viro suo dicente. *D*a mihi liberos alioquin moriar. *C*ur non potius scripturas

29

attendis quare regum libro dicitur. sterilis peperit plurimos. quia si dicatur ad pariendum plurimos filios. sterilis est aptior quam fecunda. Hinc etenim filius amos. **L**auda inquit sterilis que non parit. quod et paulus inducit. **L**etare sterilis que non parit. et uterque pro causa subdit. quia multi filij deserte magis quam ei que habet virum. Nempe quoniam mulier innupta et virgo cogitat que domini sunt. sane possunt hec intelligi de spiritualibus filiis conceptis in ventre mentis seu in cubili cordis. **Q**ui nimirum filij sunt sanctarum cogitationum actus meritorij. quippe sicut filiis propria habetur hereditas dicente paulo si filius et heres. Ita talibus actibus debetur hereditas celestis regni. **S**unt enim coheredes christi. quia heredes dei patris pulchra et casta generatio ab eo immediate speciali influenza procreati. **N**on enim sufficeret generalis influenza ut in generatione fructuosa in arbore siue in quacunque alia naturali generatione. sed omnino ad dictorum procreationem filiorum scilicet actuum meritoriorum necessaria existit specialis influenza patris celestis qui ideo dicit nobis sine me nichil potestis facere. **N**ichil inquit supple boni meritorij seu vniuersaliter moraliter boni. **V**erum licet quantum ad carnales filios scriptura dicat. mulier cum parit tristitiam habet. **T**amen de proposito quantum ad dictos spirituales non sic. sed concipiens eos potius iuxta premissum verbum doctoris gentium atque filij amos. **L**etari habet et laudare suum creatorem per quem habet tales filios et tam multos. valens scilicet infra diem naturalem mille tales filios concipere in mente. ac deinde parere exterioris operis manifestatione. **L**audet itaque eorum mater et letetur multiplici ratione gloriando scilicet de dicto patre quasi suo viro pulcherrimo. qui est quidem secundum illustrem boetium pulchrum pulcherrimus ipse mundum mente gerens. **M**obilissimo **D**e quo idem dicit. **M**ortales cunctos odit nobile germen **D**ivissimo. qui est ut dicit paulus. **D**ives in omnes qui inuocant illum. **P**otentissimo. qui est ut idem dicit solus potens rex regum et dominus dominantium. **E**cundissimo qui numero sponsarum suarum quasi infinitam prolem potest procreare in momento virtuosissimo solaciosissimo et gratissimo. **Q**uipe ipse est dominus virtutum. et vocatus deus solacij. et deus omnis gratie. **A**c deus totius consolationis. **R**ursum persona concipiens et pariens dictos filios spirituales laudet creatorem suum et letetur de ipsis tanquam filiis optime condicionatis. **H**ij nimirum nunquam eiulant. nunquam famescunt. nunquam infirmantur semper sunt viuidi. primo et vita dicti. quippe secundum illum aristotelem operatio intellectus est vita. **S**unt quoque et libere conditionis utpote secundum eundem existentes gratia sui. **H**ij etiam filij concipiuntur et pariuntur sine dolore immo cum sancta delectatione. habetur cum virginitatis honore. salvo virginali pudore. sed et omnes homines filij sunt sancti non solum saluandi. suntque

alus et perfectio vocati. qui sue matri quandam salutem formaliter offerunt in hac vita atque nihilominus salutem ei mercantur eternam in patria. **Q**uantum ergo gaudendum est de eis. multas quidem reor esse virgines. que propter habendam prolem ita sanctas sicut est euangelista iohannes vel baptista virginitatem perdere forsitan non curarent. **Q**uanto igitur magis de predictis filiis est gaudendum qui adeo sunt essentialiter sancti quod nec baptista. nec euangelista. nec etiam virgo beata dei mater alma sine talibus habitis vel habendis sanctitatem habuisset.

Explicit quartus liber de consolatione theologie. Incipit liber quintus continens consolationum remedia oportuna contra illa turbativa que opponuntur potestati et dignitati. Capitulum primum continens consolationes super carentia temporalis potestatis seu potentie atque dignitatis.

Quinto principaliter septem tristibus supradictis domine consolatrici principali appropinquantibus et ei astantibus coram. unus ex eis ante ceteros hijs eam verbis fuit allocutus. domina illustrissima turbo nimis de temporalis potestatis seu potentie atque dignitatis carentia et peto ut me super hoc dignemini consolari. **Et illa eidem mox huius rei gratia de suis puellis sex assignavit**

I. CONSIDERATIO.

Prima puella contra querelam de potentie seu potestatis carentia sic ait. **Q** homo qui potentiam appetit ut de eius carentia consolaberis animaduerte que sequuntur. **S**cias pro certo quod quanto potentiores in statu fuerint altiores. tanto in periculo maiori versantur. **M**overis magnum patrem Augustinum hanc sententiam in clericorum regula affirmasse. **M**overis eundem pro eadem sententia sic quoque exemplificasse. **P**lus inquit duces et principes quam milites ab hostibus appetuntur et violentius impulsantur ventis et turbibus culmina quecumque sunt altiora. **I**deo magis quoque plus ceteris unusquisque potest sciat esse sibi metuumdum. **H**ec ille pater. **Q**uid ergo optabilem potentiam tu existimas quam perpetui atque temporalis distantis parumper atque imminentis casus periculum manet. **P**ericulum inquam maioris multo miserie quasi si potentiores ante casum non fuissent. **Q**ueso bene memineris quod uti supradictum recorder. **I**nfelicissimum infortunij genus est fuisse felices. **N**unc quoque flagito ut attendas quod securi sunt potentiores a casu. **E**xemplis hoc discere magnarum diversorum. **E**cce quid de regum statu qui firmiori folio subsistere videtur illa boeriana solatrix in longum retro experta utpote cui plena tradiderit. **O**lea est inquam exemplorum vetustas plena etiam